



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Popvlvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

quod non est mortale, non est peccatum mortale, & quia pollutio, que fit à natura sine causa precedente voluntaria non est mortalis, ideo nec eius appetitus, supr. Communio. §. 5. Eodem modo si fiat in vigilia, iudicandum est sicut in somnis.

## POPVLVS.

**POPVLVS** sex 10. viris fieri potest, vnde ad hoc q̄ aliquis dicatur populū scādalizare, sufficit q̄ 10. viri graues, & honesti de populo scandalizentur. licet in populo sint mille viri, sec. Io. in summa cōf. q̄ 10. viri faciāt populam, est c. vno. 10. q. 3. in glos. congregationem autem faciūt duo. c. 1. de ele. & tres collegiū ff. de ver. sig. l. Ne rarius. Ius autē collegij potest in vno seruari, omnibus alijs mortuis, vel priuatis, secundum glos. in c. 1. de postu. pralat. licet non remaneat collegium, quia vocis significatum deficit.

## POSTVLATIO.

**DE** postulatione prælatorum, quia magis ad iudices, quàm ad cōfessores spectat, remitto studentes ad ius canonicū: extrā de postu. & ad ea que supr. dicta sunt, de elect. supr. Electio. per tot. & quomodo peccant postulantes indignos, sicut eligētes, satis ibi dictum est. Nam nec criminosi nec non professi, tacite, vel expressē, nec epileptici, nec mutilati, nec bigami, nec qui de iure nō possunt eligi, sunt postulādi, vide Sil. verb. postulatio. q. 3. §. 1.

## PRÆBENDA.

**PRÆBENDA** propriē cōsistit in perceptione fructuū: canonica verō in iure eius, qui receptus est in canonicum, ad quod ius postea pertinet præbenda, stallus in choro, & locus in capitulo, siue vox, vt in c. relatum. de præb. de consti. c. cūm M. Et quamuis præbenda sit quoddā temporale, quia tamen est annexa spiritali, ideo vēdi nō potest sine simonia. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. nec promissio de præbenda vacatura valet, secundum Innoc. d. c. relatum.

In receptione canonicorum, & collatione præbendarum, absentes canonici sunt vocādi, si commodē fieri po-

test, nisi consuetudo obstet in contrarium: aliās quod in eorum absentia fieret, deberet irritari eis instantibus. de præbend. c. cūm in ecclesijs. libr. 6. Quid sit dignitas, & qui habere possunt, vide aliquid suprā. Beneficium. Dignitas §. 1.

## PRECARIVM.

**PRECARIVM** secundum Pan. c. 1. 2. & 3. eod. tit. dicitur, quod precibus petentibus conceditur, tandiu durans, quandiu is, qui concessit patitur, & est contractus gratuitus, differens tamē à donatione, & cōmodato: quia donatio regulariter non reuocatur, & in cōmodato debet esse vsus certus, & tempus saltē tacite determinatum, quod si vnū istorum deficiat, erit precarium, nec cōmodatū potest reuocari ante vsū ad placitum. c. 1. de comm. sicut precariū. c. final. eod. Non tamen liceret reuocare sine causa, & cum magno dāno proximi, quia obstaret sibi exceptio doli: cūm non possit negari quin sit beneuola actio, & ideo nō debet aduersari in beneficio concesso.

**SOLVITVR** precarium voluntate eius qui concessit. ff. eod. l. 1. & morte eius cui concessum est. c. fin. eod. quia concessio personalis extinguitur cum persona: in regula, priuilegiū. de regul. iur. libr. 6. Item alienatio rei concessæ precario nomine soluitur, si is cui est alienata à primo domino velit reuocare. in d. c. fin. Item finito tempore ad quod res fuerat concessa. ff. eodem. l. cūm precarium. Non autem soluitur morte concedentis. sec. Pa. in c. precarium. eod. nā vbi actus validitatis pēdet ex voluntate alterius, non reuocatur per illius mortē. præsumitur enim quis perseuerare in ea voluntate, qua moritur, ca. maiores. de bap. Secus est, quando aliquid conceditur vsque ad placitum suum, quia per mortem spirat: in c. si gratiosē. de refer. libr. 6.

**NON** potest præscribi res precario nomine habita, vel sicut precaria regulariter, secundum gloss. in c. clericū. 1. 6. q. 3. nisi ex magna longinquitate temporis dominus obliuiscatur possessionis,